



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 26. Sessio VII. ejusdem Synodi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

tanda scandala suspendantur judicii acta Sæcul. XV.
adversus Papam, & Cardinales instructa. A.C. 1432.

Patres ad Legatorum preces duobus E-
piscopis dant negotium, ut absentia caus-
fas, quas Cardinales allegassent, exami-
narent. Denique mittitur Gerardus Lau-
densis Episcopus ad Angliæ Regem,
qui eundem de legitima Concilii con-
vocatione edoceret, simulque hortaretur,
ut Prælatos suos ad illud mitteret, pa-
cemque cum Gallis iniret, ut eo securius
postmodum sublato omni impedimento
Ecclesiæ bonum promoveri posset.

Die vigesima quarta Octobris, quæ
erat feria sexta, habita est Congregatio
generalis, in qua plurimi articuli circa e-
mendationem morum in Capite & Eccle-
siæ membris ex Synodi sententia propo-
nebantur; cum vero Patres in tam salu-
tari negotio parum concordes essent,
cuncti eorum conatus in irritum cecide-
runt, eoquod Eugenium deprimendi a-
viditas longe magis illorum occupasset
animos.

§. XXVI.

Sessio VII. Basileensis Synodi.

Nihilominus feria quinta, die sexta No-
vembbris septimam celebrarunt ses- Labbe Conc.
to. 12. p. 496.
sionem, in qua sacro de Spiritu Sancto
per Novarriensem Episcopum peracto, a-
lisque

Sæcul. XV. hiisque solemnis de more absolutis, rur.
A.C. 1432. sus promulgabatur quartæ Sessionis de-
 cretum, quo sanctum, si durante Conci-
 ilio sacram Sedem vacare contingeret,
 absque Synodi consensu ad novi Ponti-
 fices electionem procedi non posset, ele-
 ctionis tamen terminus ad sexaginta dies
 a tempore, quo Sedem Apostolicam va-
 care innotuerit, computandos proroga-
 retur, eo fine, ut absentes quoque Car-
 dinales commode ad locum Synodi ac-
 cedere, ibidemque conclave ingredi va-
 lerent. Alio decreto Synodus sanctivit,
 ut omnes, quibus de beneficiis Cardina-
 lium rebellium jus disponendi competit
 libere per viam collationis, præsentatio-
 nis, electionis, seu cuiuslibet alterius pro-
 visionis, etiam si essent Ecclesiæ Metro-
 politanæ, Cathedrales, aut alia quæ-
 cunque beneficia, quæ in titulum vel
 commendam a prædictis Cardinalibus
 possidentur, disponere valerent, ac o-
 mnia ista beneficia ad suos ordinarios
 Collatores revoluta censerentur, reserva-
 tionibus Apostolicis minime obstantibus,
 ablata etiam Pontifici de beneficiis eorum,
 qui Synodo intersunt, disponendi facul-
 tate.

§. XXVII.

Sessione octava Basileensis Synodi.

Id. ib. p. 497. & seqq. **D**ie Jovis decima octava Decembris
 habi-